

no^j incomparabili episcopo Leodeberto quae didici aure^k, memori^l reduxi mente, nam^m insolentias causarum variantium postponere fas est ad munimen cuiuscumque sui sumendo praemiaⁿ salutis. Enimvero duntaxat et ut luce clarius constat, innotescens almitati nostrae praefatus antistes Leodebertus sanctorum Crispini et Crispiniani martyrum persecutiones seu corporum^o excoriationes atque unguum dilanationes, inopinate conspectui nostro se praeferens^m quidam coriarius nomine Heldricus una cum clientela sutorum, summissis poplitibus impretravit sibi ius dari, simul cum subiectis sibi^p sociis, semel ab unoquoque eorum in anno denarios singulos videlicet praefatis sanctis Crispino et Crispiniano persolvi martyribus^q. Cuius petitioni praeberentes auditum, satis benigne ut decebat et congrue indifferenter annuimus votum ob^r reverentiam sanctissimorum patrum, scilicet martyrum digno honore habentium^r. Igitur iuxta^s nostram nobilitatem^t quae cupierat devotissime obtinens^u, plenissime ob nostrorum^t memoriale^v filiorum definivimus^w ea quae petierat^x in perpetuum esse mansurum^y. Ergo^z cunctos huius praecepti fautores^a, sed et ausu temerario vim opponi mallentes, istius sanctae ditionis^b auctoritate regia interdicimus, atque potestate omnium sub sacra religionis institutione degentium, suffragantibus ad hoc meritis beatæ Dei genitricis Mariae una cum omnibus sanctis, claustris Erebi addictos sub anathematis adustione a Christianorum societate disiungimus. Haec vero constitutionis nostrae auctoritas^c ut plenior in Dei nomine obtineat vigorem, et a fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris verius diligentiusque observetur, ac per supervenientia tempora solennius celebretur, eam^z manu propria^d subter firmavimus et annuli^e nostri impressione sigillari iussimus.

j) *F* ergänzt et. k) *G* ergänzt in. l) memoria *E*, in memoriam *F*. m–m) nam – praeferens *fehlt G*. n) prima *F*. o) corporis *F*. p) *fehlt G*. q) martyribus persolvi *F, G*. r–r) ob reverentiam – habentium *fehlt G*. s) ob *G*. t–t) nobilitatem – nostrorum *fehlt G*. u) optinens *F*. v) memoriam *G*. w) definimus *F*. x) expetierat *F*. y) mansura *G*. z–z) Ergo – eam *fehlt G*. a) so *EF* statt fractores *bzw.* in - oder refractores. b) ditioni *E, F*. c) autoritas *E*. d) Auctoritatem nostram (n. *gestrichen*) manu nostra *G*. e) anuli *F, G*.